
EPIGRAMMA A VARRONE PLAUTO ATTRIBUTUM

(p. 296, Postquam est mortem aptus Plautus, Comoedia luget,
4 B.) scaena est deserta, dein Risus Ludus Iocusque
et Numeri innumeri simul omnes conlacrimarunt.

EPIGRAMMA PACUVI

(p. 296, Adulescens, tam etsi properas, hoc te saxulum
5 B.) rogat ut se aspicias, deinde, quod scriptum est legas.
Hic sunt poetae Pacuvi Marci sita
ossa. Hoc volebam nescius ne esses. Vale.

ARDEATIS TEMPLI INSCRIPTIO

(p. 38 Dignis digna. Loco picturis condecoravit
B.) reginae Iunonis supremi coniugis templum
Plautius Marcus; cluet Asia lata esse oriundus,
quem nunc et post semper ob artem hanc Ardea laudet.
